Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Tactus enim duo dicit in digitorum
variatione. Visus etiam unum sed non
quod item et si idem sensus et si-
militer et in eodem tempore. quare
hec utique erit verum. Sed forsan
propter hoc necesse dicere hiis qui non propter
dubitationem. Sed orationis causa
dicentibus quod hec non est verum.
sed hinc verum. et sicut prius
necesse ad aliquid facere ad opio-
nem et sensum. quare nec factum
est. nec erit nichil in illo preopi-
nante. si vero factum est aut erit pa-
lam quia non erunt omnia ad o-
pionem. Amplius simul ad unum
aut ad finitum et si idem dimi-
dium et equale. sed non ad dup-
plum equale opinans ad itaque.
Si idem est homo et opinatum.
non est homo opinans. sed opina-
tum. Si vero unumquodque fuerit ad
opinans infinita erit specie opinans.
Quare quod quidem firmissima opinio
omnium non esse simul vera opposi-
tas dictiones et quod accidit
dicentibus quare et ita dicunt.
Quoniam autem impossibile est contradictio-
nem simul esse veram de eodem pa-
lam et nec contraria inesse simul e-
idem contingit. Contrariorum namque
alterum est privatio non mi-
nus. Substantie autem privatio
negatio est ab aliquo determinato
genere. Si igitur impossibi-
le est simul affirmare et nega-
re vere impossibile et contraria esse si-
mul inesse. Sed aut quo ambo
vel alterum quo alterum non sim-
pliciter. At vero nec contradictio-
nes medium nichil esse contingit.
Sed necesse aut dicere aut nega-
re unum de uno. quoque palam
primum quidem diffinientibus
quid verum et falsum dicere

namque ens non esse aut non ens esse falsum
ens autem esse et non ens non esse ve-
rum. Quare et dicens esse aut non
verum dicet aut mentietur.
Sed nec ens dicit non esse aut esse
nec non ens. Amplius autem medium
erit contradictionis quare ad pallidum
albi et nigri aut quod ad neutrum
hominis et equi. Sed quid igitur
sic non permutabitur. Nam ex non
bono in bonum permutatur. aut
ex hoc in bonum. nunc autem semper
videtur non est enim permutatio
nisi in contraria et media. Si autem est
medium et sic utique erit aliqua
in alba non ex non albo generatio
nunc autem videtur. Amplius autem omne
intellectuale et intelligibile aut
negat. hoc autem diffinitione palam
cum verum dicit aut mentitur.
Quomodo quidem sic componit dicens
aut negans. verum dicit. quia autem
non sic mentitur. Amplius preter omnes
oportet esse contradictiones nisi orationis
causa dicatur. quare et neque
verum dicet. Et preter ens et non
ens erit. Amplius in quibusdam gene-
ribus negatio contrarium infert. et
in hiis erit. ut in numeris neque impar
neque non impar numerus. sed impossibile
ex diffinitione palam vero.
Amplius in infinitum vadet et non
solum emiolia que sunt erunt
sed plura. Iterum est enim hoc negare
ad dictionem et negationem
et hoc erit aliquid nam negati-
onem substantia est quedam ipsius a-
lia. Amplius qui interrogante si est
album dicit quia non. nichil aliud
negavit quam in ipsum esse. negatio
vero est quod non esse. Venit autem
quibusdam hec opinio sicut et ali-
e inopinabilium. qui enim solvere
non possunt orationes contentiosas